

---

# CODICES HOMILETICI.

686 ——— 787.

---

## DCLXXXVI.

570 **C**odex chartaceus hisp. Sec. XVI. Folior. 21. 4. inscribitur: *De la Penitencia Christiana, de la Fe Christiana, y del Bivir Cristiano, et Modum annuntian-di Populo Evangelii tradit. Initium: Quando tocase a mi ordenar la forma y manera como deuria ser predicado a los hombres todos el Euangelo de Jesu Christo nostro Señor para que ni licentiasse a los carnales y mundanos, ni escandalizase a los Supersticiosos que se uenden por Spirituales, y consolasse, y aprouebase a los escogidos de Dios y byos de Dios, ordenaria que se siguiese esta orden. Ordo porro is est, ut Orator facer primo doceat, Hominem peccato primi Parentis depravatum esse, atque adeo irae filium, nec nisi Evangelii medicina posse con-*

valescere. Dein hortetur ad poenitentiam, vitaeque rationem christiano dignam. Erigat denique spe veniae e Christi meritis, et praemii in utraque vita e virtutum exercitio consequendi. Initium: *Primieramente por que nunca toma la medicina sino el que conociendose enfermo desseja sanar &c. Plena bonae frugis Differtatio, atque e Caroli V. ut videtur, Aula profecta.*

## DCLXXXVII.

**C**odex membraneus lat. Sec. 701 XIV. Folior. 143. 4. commode perscriptus, minio distinctus, et olim ad *Joh. Sambucum* pertinens continet *Libros III. IV. et V. magni Operis de Exemplis et Similitudinibus Rerum* Libris X. constan-

2631

C O D I C E S

2632

stantis, quod Sec. XIV. condidit *Johannes Gorinus* seu *de Goro* dictus a loco natali *de S. Geminiano* in *Tuscia* O. P. quamvis in *Prologo* totius Operis dicatur Autor *Helvicus Teutonicus* ejusd. Ord. quo sub nomine vel *Johannem* latere voluisse dici potest, vel *Helvicum* illum egregium Plagiarium fuisse, nisi mitissime illum Operis hujus Promulgatorem in *Germania* habere velis. Interim utroque nomine typis illud proditum est, et quidem *Helvico* tributum *f. l.* et *a. f.* *Johanni* vero *Venetis* 1497. et 1499. item *Basileae* 1499. *f.* Libris nostris *Tribus* praemittuntur *Capitum Elenchi* et *Tertio* excepto *Prologi*, et *Tertius* quidem *Similitudines a Vegetabilibus et Plantis*, *Quartus a Natatilibus et Volatilibus*, *Quintus* demum ab *Animalibus terrestribus* repetit. Multa fane in his fabulosa obtrudi, non est, quod moneam. *Libri III. C. 1.* initium est: *Abdicatio temporalium assimilatur putationi arborum &c.* De Autore tradunt *Bibliothecarii O. P. T. I. p. 528.*

## DCLXXXVIII.

693 Codex membraneus lat. Sec. XIII. aut XIV. Folior. 194. 4. per duas columnas exaratus, rubricisque distinctus, et olim *Conventus fratrum sancte Crucis in Colonia* complectitur *Sermones* sacros breves, et primum quidem, ut dici solet, *de Tempore*. Sermo primus *Dominica prima Adventus domini* in illud: *Emitte*

*manum tuam de alto &c.* incipit: *Eccè Karissimi. Sicut naufragi in medio fluctuum periculosissimorum et captivi in medio hostium seuissimorum desiderant liberationem &c.* Pertingunt hi *Sermones* usque ad *fol. 87.* cujus *p. 2.* incipit interjectus *Sermo In Synodo de dignitate sacerdotali*, hoc tenore: *Uos estis genus electum regale sacerdotium &c. Beatus petrus princeps apostolorum et prelatorum vicariis suis ipsum imitantibus scripsit premissa verba &c.* Sequuntur *Notanda de Electione multiplici*, *Sermo de querendo Domino* et *Sermo ad clerum siue in Adventu*. Post haec *fol. 94. p. 2.* Incipit proprium *sanctorum*, et quidem *de beato andrea*, cujus *Sermonis* initium est: *Extendam palmas meas ad dominum. Exod. 9. Hoc uerbum Moysi poterit dicere beatus Andreas &c.* Adfunt etiam *Sermones in translatione Francisci*, et in *Festo Anthonij confessoris de ordine minorum*, quem *Gregorius IX. 1232.* inter *Divos* retulit. Item *de SS. Mauritio et Ursula &c. Fol. 159.* succedit *Commune Sanctorum*, et *fol. 169.* praemisso *Elencho Collectio Exemplorum* potissimum *e Vitis Patrum*. Finem faciunt a *fol. 191.* *Fragmenta IV. Sermo-num*, quorum primus *de triplici Pluvia* inscribitur.

## DCLXXXIX.

Codex membraneus lat. Sec. 748 XIV. Folior. 290. 8. per duas columnas non una manu exaratus, et quondam ad *Wenc. Rossam* Sa-